

*Cumis rep., nunc Neapoli (X 3692 vidit Mommsen. Buecheler carm. epigr. n. 255). — 1) De hoc vocabulo cf. Buecheler l. c. — 2) in ixuperabile lapis; intellege: insuperabile.*

**3171** Veneri Genetrici | Ἀφροδίτη Γενετειρα.

*Eresi in Lesbo (III S. 7157 vidit Cichorius). In basi gemella scriptus est titulus Iuliae Caesaris filiae quem supra dedimus N. 427, qui videtur una cum hoc dedicatus esse.*

**3171<sup>a</sup>** deae Veneri | [G]enetric[i]<sup>1</sup> | sacrum.

*Beneventi (IX 1555 semel descripta saec. XVIII). — 1) C. Enetri C. l. traditur.*

**3172** Veneri | Genetrici, | Fortun[ae] | R...<sup>1</sup> | Vibia Secund... |  
I....

*Praeneste (XIV 2905 vidi). — 1) Fortasse r[educi].*

**3173** Veneri victrici | L. Apronius Amandus | V[ir] Aug. | solo privato s. p. p.

*Tiferni in Umbria (XI 5928 vidit Bormann). — 1) De Venere Victrice, eademque Victoria, cf. Preller ed. 3 I p. 442, Mommsen in comm. ad hemerologia ann. Iulian. Iul. 20. 30 (CIL. I ed. 2 p. 322).*

**3174** Veneri victrici pro sal. | imperi et s. p. q. R. | et ordinis col. | Apul., C. Iul. Valles haruspex | col. s. s.<sup>1</sup> et antis[tes] huiusce | loci<sup>2</sup> | [v. l.] p.

*Apuli (Maros-Porto) in Dacia rep. (III 1115 cf. III S. p. 4590 integra bis descripta, partem vidit Mommsen). — 1) Coloniae supra scriptae. — 2) Fortasse locus sacer erat Mithrae; una videtur stetit t. III 1114 dedicatus Soli invicto.*

**3175** Veneri victrici Aug. sacr. | in honorem Lu[ciliae] Lepidinae | Flavia Titia filiae | pientissimae.

*Merobrigae in Lusitania (II 25 semel ut videtur descripta).*

**3176** Veneri | victrici | in memoriam | Albu[ciae] C. f. | Pontiae | uxoris | M. Marius Pau[lus]. L. d. d. d.

*Salonis (III 1965 vidit Mommsen).*

**3177** Veneri | victrici | Particae | Aug.<sup>1</sup> sac., | in memoriam | Antoniae | Dec. f. Paulae, | Dec. Antonius | Proculus, decur. | Salon., et Coponia | parentes. | L. d. d. d.

*In Dalmatia rep. loco dicto Danillo (III 2770 semel descripta). — 1) Ut Venus victrix eadem quae Victoria, sic Venus haec victrix Parthica Augusta eadem quae Victoria Parthica Augusta (cf. supra N. 305); cf. Mommsen l. c.*

**3178** Vene[ri] | victri[ci] | Hyblen[si] | C. Public. | Dona[tus] | d. d.

*Hyblae, cui cognomen maioris fuit (Paternò), in Sicilia, nunc Cataniae (X 7015 vidit Mommsen).*

**3179** Signia Ursa Signi | Symphor. f. templum | Veneri Pelagiae a | solo fecit et signum | ipsius deae posui[t], | sac.<sup>1</sup> L. Cornificio Secundo, k. Mais.